UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti

Stengel, Carl

[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV

II. Ianvarii. S. Adalardvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38356

Visual Library

S. Adalardvs regio genere natus, & Bernardi fratris Pipini regis Franciæ filius, rebus huius ſeculi ſpretis atq; contemptis, vigeſimo ætatis anno fit monachus: de quo illud legitur, quòd quotidie bis ſaltem, mane ac veſperi, ſua alienaq; peccata, profuſis vberrimè lachrymis, deploraret. Abbas autem S. Petri *Corbeiæ* in Galliâ creatus, ita omni virtute floruit, vt Antonij ſanctiſſimi Abbatis nomine, illum aliqui appellarent. Conſtruxit etiam aliud Cœnobium *Corbeiæ* nomine, in Saxoniâ, ſupra littus Wiſiræ fluminis, in honorem S. Viti Martyris anno Domini DCCCXXII.

Tandem meritorum magnitudine cumulatus, ætate in Religionis ſtudio actâ, animam Deo reddidit IV. Non. Ian. circa annum Christi DCCCXXXVI. Sepulchro additum hoc Epitaphium.

Hic jacet eximius meritis venerabilis Abba,
Noſter ADELHARDVS, dignus honore ſenex.
Regia proſapies, Paradiſi jure colonus,
Vir charitate probus, moribus, atq; fide.
Quem dum ſub titulo recolis tu quiſq; viator,
Cerne quid es, quid eris, mors quia cuncta rapit.
Nam poſt octauas Domini hic carne ſolutus
Succedente die aſtra petiuit ouans.

Ex vita ap. Sur.

S. ADELARDVS ABBAS ORD. S. BENEDICTI.
DONO LACRIMARVM CLARVS.
Cæſaris & Regum quondam præclarus in aulā,
Abbas Corbeiæ poſt ADELARDVS *erat.*

DM